

## Liber Electorum

Hec autem sancta ecclesia eciam tempore apostolorum  
 in ordine sancto per orbem terrarum in multis milibus excrevit,  
 et per multa tempora in virore sancte religionis permansit; et  
 5 rectores ecclesie fere per CCC annos, scilicet usque ad  
 Constantini Cesaris imperium, in paupertate et humilitate,  
 secundum antiquas hystorias, permanserunt.

Regnante Constantino leproso rector erat in ecclesia  
 quidam qui vocabatur Silvester Romanus. Hic in monte Sirachie 10  
 10 iuxta Romam vitam pauperem cum suis, ut legitur, causa  
 persecucionis agebat. Constantinus autem, ut fertur,  
 responso // accepto in sompnis accersivit Silvestrum, et 216<sup>r</sup>  
 baptizatus ab eo in Cristi nomine mundatus est a lepra. Videns  
 Constantinus se a tam miserabili infirmitate in Cristi nomine 15  
 15 sanatum cogitavit honorare eum qui se mundaverat, et coronam  
 imperii et dignitatem tradidit ei. Ille vero accepit; socius  
 autem eius, ut enarrari audivi, ab eo recessit et hiis non 2  
 consensit

1 Liber Electorum + sed falsum fundamentum hereticorum Waldensium  
 secundum historiam C1 : om A1 A4 B1 Bc Bb D1-2 Pied(which begins 21  
 lines before this in Bradshaw's edition) : )Regule secte Waldensium  
 hereticorum A2 : )Regula Waldensium A3 : )Scripta quidam fundamentalia  
 hereticorum pauperum inania de Lugduno qui eciam Waldenses vocantur C2  
 2 Hec)Et C2 Hec autem om C1 : )Et A4 autem om A1-3 ecclesia +  
 prout ipsi locuntur A2 eciam om C1 3 ordine)oratione Bc in om  
A1 milibus)militibus A1 A3 Bb Bc D2 : )multiplicibus D1 : A2(Schmidt  
 leaves blank because unreadable) 4 virore)vigore A1-2 C1 D2 5 CCC)  
 triginta A2 scilicet om B1 C2 6 Cesaris imperium)Cesarem A2  
 8 in paupertate(6)-Regnante om B1 Regnante + autem B1(= Pied): +  
 vero A1 9 Romanus om D2 Sirachie)Seraphio A3-4 Pied : )Seraphie  
A1-2 : )Syrapti C1-2 10 vitam pauperem)vita de pavres Pied legitur  
 + eam Bc 11 fertur)refertur B1 D1-2 : )feretur Bc 12 sompnis)  
 sompno A2 13 baptizatus + est A2 C1-2 D1-2(= Pied) ab eo om A1  
 eo + et C1 nomine + et A2 Bc(= Pied) est om A2 Bb Bc C1-2 D1-2  
 Videns om A1 14 tam)tanta D1-2 infirm-)inform- A2 15 sanatum)  
 salvatum Bb : )salutatis Bc eum om B1 : )illum A1 mund-)mand- C2  
 17 enarrari)enarrare A1-2 B1 audivi)audivit B1 D1-2 11 & 14  
 Constantinus)Constantius:B1

LE 22

sed viam paupertatis tenuit. Constantinus autem ad partes  
transmarinas cum multitudine Romanorum recessit, et ibi, ut  
dicunt, Constantinopolim edificavit, et eam suo nomine  
appellavit.

2

5

5 Ab illo ergo tempore heresiarcha in honores et  
dignitates ascendit, et multiplicata sunt mala super terram<sup>a</sup>.  
Nec omnino credimus quod ecclesia statim totaliter a via  
veritatis recesserit; sed pars quedam cecidit, et pro maiori  
parte, sicut est consuetudo, in malum corrui. Pars autem, ut 10  
10 credendum est, longiori tempore in illa quam acceperat  
veritate permansit; et sic paulatim sanctitas ecclesie  
defecit et iniquitas crevit.

Post annos autem DCCC a Constantino surrexit  
quidam cuius proprium nomen Petrus, ut audivi, sed a quadam 15  
15 regione dicebatur Waldis. Hic, ut dicunt nostri, dives erat  
et probus valde, et vel ille legens vel ab aliis audiens  
ewangelii verba percepit et que habebat vendidit, pauperibus  
distribuit, paupertatis viam arripuit, predicavit, discipulos  
fecit, urbem Romanam ingressus coram heresiarcha de fide et 20

1 -antinus)-antius B1 : )antinas Bc 2 -marinas)-marinus B1  
recessit)processit D1-2 3 -opolim)-opolitani B1 edificavit +  
civitatem A1 A3 et om A3 5 ergo)autem C1 tempore + Silvester  
C1-2 -archa)-arche D1-2 honores)homines Bc 6 ascendit)ascend-  
-erunt D1-2 mala om Bc 7 Nec + tamen A1 statim A1-4 Bb Bc C1-2  
om 8 recess-)incess- Bc pars)partes Bc et om C2 D1-2 9-10  
ut...est om Pied tempore)parte A1 11veritate)veritatem A1  
paulatim om A1-4 Bb Bc C1-2 12 defecit)quievit B1 et + sic Bc  
et...crevit om Pied 13 autem om Bc : + Domini C1 14 audivi)  
audisti Bc : + fuit A2 sed)et C1 15 regione + que C1 Waldis)  
Vaudia Pied dives erat(era ric) + e savi Pied 16 vel ille)  
libenter D1-2 ille)ipse C1 : )iste Bc vel)et D1-2 ab aliis  
(= Pied) om cett 17 -elii)-elium A2 D1 ewangelii verba)ewangelium  
C1-2 verba + Dei A2 habebat)habuit A1 vendidit + et A1-4 Bc  
C1-2(= Pied) 19 Romanam)Romam D2 et)in D1

a I Mach I,10

LE 3

2

religione disputavit. Erat ibi tunc temporis cardinalis 21  
quidam de Apulia qui amicus // eius erat, et viam eius et 216<sup>v</sup> 3  
verba commendabat, et, sicut audivi, diligebat eum. Ultimo  
in curia responsum accepit quod ecclesia Romana eius verba  
5 ferre non posset, nec viam inceptam deserere, et data sibi  
sentencia extra synagogam factus est.<sup>a</sup> Ipse nichilominus in 5  
urbe predicavit, discipulos plurimos fecit, et per regiones  
Ytalie iter faciens fecit congregacionem ita ut in pluribus  
partibus tam ipse quam eius successores multos ad eorum  
10 conversacionem attraxerunt, et multiplicati sunt vehementer. 10  
Nam libenter audiebat eos populus eo quod sermo veritatis  
esset in ore eorum et viam salutis ostenderent. Et in tantum  
multiplicati sunt ut pluribus in eorum conciliis et consiliis  
aliquando DCC, aliquando M, aliquando plures, aliquando vero  
15 pauciores convenirent; et, sicut audivi a pluribus qui 15  
libenter vera locuntur, Deus pro eis operabatur mira.

Hec autem fructifera tempora<sup>b</sup> spacio fere CC annorum,  
sicut audivi a senioribus, duraverunt. Tandem invidia Sathane  
et malignitate impiorum exsurgente contra servos Cristi

---

1 Erat + autem Bc C1 (=Pied) temporis om C1 2 qui om C2 viam)  
vitam D1-2 3 sicut audivi om Pied -ebat)-eat D2 eum + valde C1  
Ultimo)Tamen ultimo ipse C1-2 4 Romana)Romano Bc 5 nec)et C1  
viam)vitam C1-2 D1-2 deserere + nollet C1(= Pied) et om C1 D1-2  
sibi)igitur C2 D1-2 : )6<sup>o</sup> C1 7 predicavit)breviter A2 8 in om A1  
8-9 congregacionem...partibus om Bc 9 quam + alii B1 10 attrax-  
erunt)traxerunt A1-4 Bb Bc C2 : )traherent C1 11 Nam)Ita Bc  
-lus)-los D2 12 esset)esse B1 eorum)ipsorum A3-4 Bb Bc C1-2  
-erent)-erunt Bc D1 10-13 vehementer...sunt om A1 13 in om C1 D2  
conciliis et consiliis)conciliis vel consiliis A3-4 : )conciliis C1-2 :  
conselh Pied 14 aliquando DCC)DCC A1 M)millia A1 : )MOOO Bc :  
)100 C1 : ) Schmidt notes blank space A2 aliquando plures)plures C2  
vero om A1-2 C1-2 (= Pied) 15 -irent)-erunt A2 a)de A2 16 vera  
om Bb D1-2 : )veritatem A1-4 (= Pied) : )verba C2 : )vero Bc  
locuntur)loqueretur Bc -abatur)-atur Bc 17 spacio(= Pied) om cett  
fere)vero B1 : om C1 (= Pied) CC)C Bc 18 audivi)audivit B1  
19 malignitate)malignacione Bc Cristi)de Dio Pied

a cf Io IX,22      b Act XIV,16

persecucio non minima exorta est, et de regione in regionem 20-4,1  
expulerunt eos, et eorum crudelitas usque nunc contra nos  
perseverat.

Et cum hec ita se habeant consideremus tamen quia  
5 tempora que ante adventum Cristi precesserunt umbra et figura 5  
fuerint istorum temporum que a Cristo usque ad finem seculi  
perdurabunt. Nusquam enim in scripturis veteris testamenti  
reperimus quod ab Abraham usque ad Christum lucerna veritatis  
et sanctitatis aliquo tempore omnino extincta sit; // sed 217<sup>r</sup>  
10 semper aut plures aut pauci in sancta vita permanserunt, nec 10  
unquam legimus eos totaliter ad defectum devenisse. Ita etiam  
arbitramur quod a Cristi temporibus usque ad nunc eodem modo  
acciderit, et sic usque ad finem futurum esse quod ex quo  
ecclesia fundata est usque ad finem seculi numquam ecclesia  
15 Dei ita omnino defecerit quin in orbe vel saltem in aliquibus 15  
regionibus orbis aliqui sanctorum fuerint semper. Nam in omnem  
terram exivit sonus eorum<sup>a</sup> etc. Et ex maxima parte ecclesia Dei  
in principio in transmarinis regionibus crevit. Quomodo ergo  
extimandum est quod ultra mare et ex hac parte maris aliquo 5  
20 tempore lucerna sanctorum omnino ad nichilum devenerit? Nam

---

1 minima)modica A4 C1 2 eos)ergo B1 : om C2 4 cum om A2 hec om  
A1 : )hic Bc ita)itaque A1-2 tamen om A1-2 (=Pied) quia)quod A2  
5 ante om A2 6 -int)-unt cett istorum)illorum A1 ad)in A1-2  
7 enim)autem Bc 8 ab om A1 B1 Bc : )ante A3 9 -quo)-quando B1  
omnino)omnimodo A2 : )omnis Bc 10 pauci)pauciores A1-4 B1 in...  
vita)iustam viam D1 11 dev-)perv- A1 Ita)Item B1 12 ad om cett  
13 et om C2 sic om A1-4 Bb Bc C1 [L.14]usque)isque A2 13 finem + seculi  
C1 quod om C1 15 ita om C2 D1 -erit)-it B1 16 orbis om Bc :  
+ terrarum A2 -erint)-erunt A1-4 Bb Bc D1-2 17 sonus eorum om Bc  
etc. om A4 (= Pied) maxima)magna A1 Dei om A2 18 in(2nd) om A1-2  
regionibus)partibus A1-4 Quomodo)Quos B1 19 Ext-)Est- A1 A3-4 Bc  
C1 : )Exist- A2 D1-2 mare + q. A3 et om D1 20 ad)et A1

et fratres nostri in antiquis temporibus propter quamdam  
 persecucionem cum mare transissent in quadam regione fratres  
 invenerunt. Sed quia ignorabant ydyoma regionis illius cum  
 eis non potuerunt consorcia habere nec sibi invicem, sicut  
 5 fecissent, fraternitatem ostendere, et ab invicem recesserunt. 2-3

Inter hec cogitemus propheciam Ieremie: Non interibit  
de sacerdotibus et levitis ministris meis vir a facie mea qui 10  
offerat holocausta, et incendat sacrificium, et cedat victimas  
cunctis diebus.<sup>a</sup> Hec Dei promissio super sanctam ecclesiam  
 10 prolata est. Nam dicta prophetarum ad Cristum et ecclesiam  
 aspirabant. Videamus ergo quid dicat quod a Cristo usque ad  
 seculi finem non interibit vir de sacerdotibus ministris Cristi 15  
qui offerat holocausta et victimas et sacrificium cunctis  
diebus. Nam usque // hodie quicumque per sanctitatem vite vere 217<sup>v</sup>  
 15 summi sacerdotis membra sunt<sup>b</sup> spirituales hostias Deo super  
 altare fidei offerunt, et si non multi sunt non mentitur  
 propter hoc propheciam, quia non dicit, Non interibunt viri, 20  
 sed dicit, Non interibit vir de sacerdotibus a facie mea qui  
hec et illa faciat.

20 Considerate, karissimi, quia et luna quamvis a 6

1 et)si A2 quam-)que- A1 3 quia)quod A2 4 -uerunt)-erant A1-4  
Bb Bc C1 consorcia)consorcium cett invicem)ibidem C2 5 et om D1 :  
 • sic C2 recesserunt om A1 6 propheciam Ieremie)prophetam Ieremiam  
A1-2 : + dicentis C1 interibit)intrabit Bc 7-8 qui...cedat om Bc  
 9 Hec)Hic Bc 10 est)esse C1 et + ad A2(= Pied) 11 -eamus)-amus  
A4 quid)quod A2 dicat)dicant Bc 12 Cristi om Bc 13 -erat)  
 -eret Bc -icium)-icia D1-2 14 diebus + etc Bc Nam...hodie om  
Pied -cumque om B1 vere)vere C2 15 summi)summe A1 Bc : )summis  
A2 -otis)-otibus A1-2 sacerdotis)sacramentis D1 membra)ministri  
C1 16 non om D1 17 -ecia)-eta A1-2 interibunt)intrabunt Bc  
 viri)veri Bc 18 sed...vir om A1 a...mea)etc A2 mea + etc A1  
 qui)et D1 : )quia B1 Bc 19 illa)ista Bc -iat)-iant A1 : )-it A2  
 20 Considerate + et vos Bc quia)quod A2 Bc C2 : )-que D2 et om A2

a Ier XXXIII,17-18 b G in Ier XXXIII,18,vol.IV,f.157<sup>r</sup>

plenitudine sua usque ad nichilum videatur devenire, tamen 1-2  
 semper luna est, et si quibusdam tenebris occultatur et  
 hominum oculis non apparet, tamen in sua substancia, ut  
 credimus, semper luna est. Alioquin semper quolibet mense 5  
 5 faceret Deus lunam. Sed scriptura dicit quod hanc lunam ab  
 inicio Deus creavit. Arbitramur ergo dictum David: Fecit, inquit,  
lunam in tempora<sup>a</sup>, hoc est in defectu et renovacione, et parvo  
 tempore in suo defectu permanet. Et sepe luna ecclesiam signat, 10  
 que aliquando in multitudine sanctorum eciam in hoc mundo  
 10 viget, et aliquando quasi ad defectum videtur devenire.<sup>b</sup>

Igitur si per invidiam Sathane, et superbiam impiorum,  
 et negligenciam plurimorum, et propter multas gravesque  
 tribulaciones et persecuciones ecclesia in aliquibus partibus 15  
 fere defecit, in quibusdam tamen mundi regionibus eam credamus  
 15 semper, saltem in paucitate sanctorum in bona vita et sancta  
 conversacione permansisse. Nam et Salomon per spiritum  
 prophecie loquitur, dicens, Cum surrexerint impii abscondentur  
homines; cum illi perierint, multiplicabuntur iusti<sup>c</sup>. Hiis et 7  
 pluribus aliis scripturarum sentenciis arbitramur quod iterum

6,20-6,1 a...sua om A2 sua)suis Bc usque om A1-2 1-2 tamen  
 semper)cum super Bc 2 tenebris om A1 3 -aret)-areat B1 C1 4 est  
om C2 semper + et C1 3-5 ut...lunam Bc om 5 lunam + novam A2 A4  
 6 -tramar)-tremur A4 C1-2 ergo)igitur C2 D2 : om Bc C1 David)  
 dicendum B1 inquit)inquam A2 : om Pied 7 -ora)-ore A1 A3-4 Bc C1  
D1-2 est(1st) + in A4(= Pied) 8 per-)re- A2 Bc luna + innat<sup>a</sup> B1  
 9 eciam)et A2 D2 : om A4 D1(= Pied) hoc)hac D2 10 quasi)eciam A1 :  
om A2 devenire)venire Bc 11 et + propter B1 D1-2 : + per Bc  
 superbiam)invidiam B1 impiorum)iniquorum A1 A3-4 Bb Bc C1-2  
 12 plurimorum)prelatorum A2 13 ecclesia + Dei A4 : + enayma la luna  
Pied partibus)temporibus A1 : + mundi A4 14 fere)vere Bc  
 credamus)credimus A1-2 A4 Bc 15 in(1st) + aliquibus C1-2 in paucitate)  
 en la pavreta Pied sanctorum)sanctarum A2 sancta om A1 16 per  
 spiritum)in spiritu A1-4 Bb Bc C1-2 17 prophecie)prophético A1  
 -entur)-untur B1 19 scripturarum + testimoniis et C1 : + testimonium  
C2 18-19 Hiis...arbitramur)Nos pensen a Pied(stops at this point)

a Ps CIII,19

b cf G in Ps CIII,19, vol.III, f.240<sup>v</sup>

c Prov XXVIII,28

LE 7

7

ecclesia in magnam quantitatem resurget. Itaque certissime  
 noveritis quod huius ordinis principium Christus, et huius  
 ecclesie caput Iesus Dei Filius est.

3

5

Oremus Dominum ut nostris temporibus per suam  
 5 misericordiam multiplicentur adhuc milia sanctorum // et 218<sup>r</sup>  
 glorificet nomen suum Deus Pater per Filium in Spiritu Sancto  
cui est honor et imperium in sempiternum. Amen.<sup>a</sup>

---

1 ecclesia om C2 magnam quantitatem) magna parte et quantitate A2  
 resurget) resurgat B1 Itaque) Ita quod Bc 2 principium + est A1-2  
 Christus + est C1 : ) Cristo Bc 3 caput + Dominus A1 est om A1  
 4 Oremus + ergo C1 6 Filium + suum Jhesum Christum A2 7 cui)  
 cuius Bc

a I Tim VI, 16